

**MONVMENTA IVRIS LATINA
AESTIVA IN SCHOLA
APVD VNIVERSITATEM SINICAM HONGCONGENSEM
ANNO MMIX
LEGENDA**

1. De Vehiculīs et aliīs modīs vehendī

AD VSVM DISCIPVLORVM

LVCA LECTORE

utroque.iure@gmail.com

1. Dē Vehiculīs et aliīs modīs vehendī

Marcus : Sunt multa vehicula quae nōs vehunt hīc illic. Quō vehiculō advenisti hodiē?

Antonius : Egō raedā vēnī hodiē. Mater mea cotīdiē raedam gubernat, et mē depōnit in scholam. Raeda est vehiculum commūne in urbe nostra, Raeda quattuor rotās habet. Quō vehiculō advēnistī tū?

Marcus : Egō raedā longā advēnī, cum aliīs discipulīs. Cotīdiē, raeda longa sistit in viā meā, et mē vehit ad scholam. Quae sunt alia vehicula ?

Antonius : Sunt multa: Āeroplanum est vehiculum quod in caelō volat. Helicopterum quoque in caelō volat. Āeroplanum conscendimus et expōnimus in āeriportō. Trāmen est vehiculum quod per ferreviam sē vehit. Cum iter facimus tramine, necesse est ire ad statiōnem, horārium inspicere, et tesseram emere, priusquam trāmen conscendimus. In urbibus magnīs, multī hominēs vehuntur tramine subtērraneō, id est trāmen quod sub terrā sē vehit.

Cornelia : Quae vehicula sunt in mare?

Calpurnia : In mare, vehī possumus nāve. Nāvicula est parva nāvis, quae rēmīs vehitur. Difficile est navigāre rēmīs. Aliud nōmen prō nāve parvā est scapha.

Pompeia : Mihi placet vehī scaphā vēlifera. Scapha vēlifera vēlō vehitur. Vēlum ē fabricā factum est, et ventum capit ad movendum. Sine ventō, velum nōn valet, et necesse est rēmīs vehī.

Iulius : Potesne raedam gubernāre?

Pompeius : Proh dolor, nōndum licet mihi raedam gubernāre, propter iuventūtem meam. In annō proximō licēbit mihi gubernāre, sed raedam nōn habeō. Habesne tū raedam?

Iulius : Nōn, sed parentēs meī quattuor raedas habent, et volō raedam eōrum adhibēre! Nunc, nōn licet mihi gubernāre, ergō birotā mē vehō.

Pompeius : Quid est birota?

Iulius : Est vehiculum quod habet duās rotās, et valdē mihi placet birotam gubernāre! Cum infans eram, gubernāvī trirotam. Postea, dedici birotam gubernāre, sine auxiliō.

Vocabulary

adhibeo, -ēre : to use, make use of

birota, -ae f. : bicycle

caelum, -ī n. : sky

commūnis, -e : (adj.) common

conscendō, -ere : to board, embark

dedici perfect tense of **disco, -ere** : learn.

expōno, -ere : to disembark, set out

ferrevia, -ae f. : rail (literally: road of steel)

guberno, -āre : to steer, drive

iuventus, -iuventūtis f. : youth, young age

moveō, -ēre : move (transitive)

nāvigō, -āre : drive, steer.

nāvis, -is f. : boat (syn: scapha, -ae f)

raeda, -ae f. : four-wheeled carriage, coach

raeda longa f. : bus

rēmus, -ī m. : oar

rota, -ae f. : wheel

scapha, -ae f. : small boat

scapha vēlifera : sailboat

tessera, -ae f. : ticket

trāmen, traminis n. : train.

trirota, -ae f. : tricycle

unirota, ae f. : unicycle

vehiculum, -ī n. : vehicle

vehō, -ere : to carry, transport

vēlum, -ī n. : sail